ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: AENEAS SILVIUS PICCOLOMINI. IOHANNES GUALLENSIS. THOMAS SUBPRIOR OCART. HUMBERTUS DE ROMANIS ETC. TEXTE ZUR TÜRKENGEFAHR

Melk, Lambach, u.a., 3. Viertel 15. Jh. Seite 18v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39405
Copyright: Melk, Benediktinerstift



in obuios compellando suauitas / in respondendo
benignitas. Nam graues in collocutionibus
mores digna in se odia contrahunt / Absit in
contencionibus pertinacia, vincat prudencia
obtineat racones / non solum vincere. sed eciam
scire vinci speciosum est / Tenenda est Euri
pidis sentencia. qui duobus obloquentibus
Cum alter furit / Eum longe sapienciorem
affirmat qui verba frenat / Absit in omnibus
verbis iniuria / absit et mendacium / Nam
mentiri seruile vicium est / et a cunctis morta
libus odio insectandum / quatoque dignior est
qui mentitur / tanto scelus est detestabilius
omne animi vicium Iuuenalis inquit tanto
prestancius in se crimen habet quanto maior
qui peccat habetur / Sit insuper sermo tuus
neque humilis / aut depressus nimis / neque tu
midus / aut arrogans / Que tumet oratio
incivilis est. que tenuis est nusquam mouet
Quemadmodum corpus non solum incolume
Verum eciam bone habitudinis esse oportet
Ita et oracionem non modo non egram / Sed
eciam robustam / esse conuenit / Maiora
sunt hec quam possis capere patebit tamen
et his suum tempus / Atque hanc sermonis
materiam / quam natura ministrat / Gramatica
diriget / accuet dialetica / Rethorica illustrabit
philosophia condiet / atque perficiet / quibus
de rebus suo loco dicetur.

Quod opus sit regi memoriam exercere
propter eius triplicem virtutem